

clazior, tanto foecordia posterorum flagitiosior. Profecto ita res se ha-
bet: Majorum gloria posteris quasi lumen est, et neq; bona neq;
mala eorum in occulto patitur. Hujusce rei ego equidem ma-
pian patior S. C. verum id, quod multo preclarior est mea vita inte-
gritatem, morumq; honestatem mihi dicere licet. Nunc videte,
quam iniqui mei sint obrectatores, quod ex aliena virtute sibi erro-
gant, id mihi ex mea non concedunt, scilicet quia insignia non ha-
beo, et quia vile mihi genus est quod certe virtutibus condecorasse
melius est, quam si quis illustribus natalibus oriundus eos corruperit.
Equidem ego non ignoro, si respondere jam velint obrectatores mei,
abione illis faciendam et compositam satis iniquam An. oratio-
nem fore, quam vero omnibus locis me officinamq; maledictis suis
lacerent, volui illa reticere, ne quis silentium meum in mentem ma-
le sibi consciam duceret. Nam me quem ex animi mei sententia laedere
nulla maledica lingua potest, quippe vera, necesse est vel invito etiam gra-
dicent calumniatores: Falsitatis a. eodem vita moreq; mei arguant.
Sed quoniam et vestra S. C. consilia accusantur e quorum communi suffra-
gio maximum in Republ. vestra officium mihi imposuistis etiam atq; etiam
reputate, num id pariterendum sit. Non possum Fidei coa Majorum
meorum imagines ostentare. At si laudis mea invidi postulent prater
adereum hunc murum, qui est nil conscire sibi, nulla pallescere culpa
miras boni generis ac ingenii dotes ostentarem, quibus in administrando
maxime opas. Haec sunt meae imagines non hereditate mihi,
relictae ut illis, sed quas ego indefesso studio ac labore acquisivi:
non sunt composita verba mea, parum id facio, ipsa Fides mea in fi-
deli administratione Sparta a vobis oblata satis se liberat, illis arti-
ficio opus est, ut calumnias et mendacia sua oratione tegant: neq; de-
cipere diviti, parum placebat discere fraudes, quippe qua ad virtutem
ductoribus nihil profuit. At illa multa meliora doctus sum, inimicos
boni publici prudentia ferire, praesidia ejusdem agitare nihil metue-
re, nisi tergem famam, noctis et diei curas juxta pati de vestra
curia commodis nunquam requiescere eodem tempore grati et ingra-
ti animi Fudium tolerare. His ego praeceptis mihi in eadem Sparta
ad junctos quoq; hortabor eodemq; semper officii sui morebo, si rem